

not. 3. — 2) *Sic potius quam Bost. Ala Bosporanorum supra N. 2510 et alibi, ala Bostranorum ignota.* — 3) *Ut legatus Lyciae et Pamphyliae memoratur in alio titulo Antiocheni Cagnat inser. Graec. ad res Rom. pert. III 300 et in compluribus titulis provinciae Lyciae ib. n. 512. 555. 729. Postea videtur factus esse consul et proconsul Asiae, cf. III S. 14192⁴.* *Eiusdem hominis nomen ut videtur in amphoris Romae et Carthagine repertis (VIII 22637, 26. XV 3427).*

9486 Q. Planio Sardo | Ambibulo cos.¹, tr. [mil. leg.] . . . | piae fidelis, X vir[o] stlitib. iudicandis], | quaestori, trib. p[leb., praet., praef. fr.] | dandi ex s. c., proc[os. provinc. Mace]]doniae, leg. leg. II [Adiutr. in Pannonia]² | inferiore, leg. leg. . . . , | patrono [col.] | d. d.

Cuicul (Djemila) in Numidia rep. (Cagnat bull. des antiquaires 1911 p. 118). — 1) *A. inc. (diversus Ambibulus consul a. 126, quem Eggium fuisse constat cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 31 n. 4) et ad quem videtur pertinere titulus supra N. 1054.* — 2) *Supplevit Cagnat.*

9487 M. Sedatio C. f. | Quir. Severiano | Iul. Acri Metil. Nepoti | Rufino Ti. Rutiliano | Censori¹ tr. pl.², quaes. | prov. Sicil., | praet., leg. Aug. | leg. V Maced., curat. viae | Flamin., leg. Aug. pr. pr. | provinc. Dac³, cos.⁴ | col. Ulp. Traiana Dac. Sarm. | patrono.

Szelistye in Dacia rep., est Hermannstadt (Findly Jahrb. des arch. Inst., Anzeiger 1913 p. 533 cum imagine p. 530). — 1) *Hic est M. Sedatius C. f. Severianus Iulius Rufinus patronus complurium collegiorum Ostiensium tempore Antonini Pii (XIV 247. 248; supra N. 6174 cum not. 4).* — 2) *Ordo honorum perturbatus.* — 3) *Legatus Dacie M. Sedatius Severianus dudum notus ex III 1575.* — 4) *Cf. supra N. 3896. 5423. Post hunc titulum positum Severianus factus est legatus Cappadociae in quo munere ei positus est titulus Zelensis editus a Grégoire (studia Pontica III n. 271); M. Ση[δάτιον] Σευνηριανὸν πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον τῶν Σε[β]αστῶν οἰκι.; cf. etiam Cagnat inser. Graec. ad res Rom. pert. III 113 not. 1; paullo post ipse cum exercitu a Parthis est occisus. Cf. Ritterling mus. Rhen. 59, 1904 p. 186.*

9488 Ti. Cl. Subatianae Aquili|nae et Ti. Cl. Dignae Subati|ae Saturninae cc. pp.¹, filia|bus Ti. Cl. Subatiani Pro|culi leg. Auggg. pr. pr. prov. | splend. Numid.², c. v., cos. de|sig., leg. leg. VI Ferratae | fidelis constantis³, curatoris | Atheniensium et Patrensiem, | praetoris urbani candidati, tri|buni candidati, q. urbani, sub|praefecti classis praetoriae Misenatium, praefecti alae | constantium, tribuni coh. | VI civium Romanorum, praef. | cohortis III Alpinorum, | res publica Cui|culturano|rum, hominis boni, praesi|dis clementissimi, ob insignem eius in patriam suam | praestantiam. | D. d. p. p.

Cuicul (Djemila) rep. a. 1910 (Bull. du Comite 1911 p. 117). — 1) *Clarissimis puellis.* — 2) *Subatianus Proculus legatus Numidiae fuit a. 208 (VIII 4 323).* — 3) *Eadem cognomina legionis sextae Ferratae, addito felicis vocabulo (leg. VI Ferr. f. c. fel.) in cingulo aeneo (Domaszewski Roem.-germ. Korr.-Bl. 1910 p. 9).*